

## Text č. 5 - De Cosmae Chronicis Boemorum – Ducis Bracizlai mors (1055)

Dux Bracizlaus, qui cum adjuvante Deo totam sibi subjugaverat Poloniam, proposuit invadere Pannoniam. Dum suum expectat exercitum, Hrudim in urbe acri pulsatur egritudine. Ut sensit egritudinem magnis magisque ingravescere et sui corporis vires evanescere, convocat eos, qui forte aderant, terre primates, quibus verbis talibus dixit:

"Quia me mea fata vocant et atra mors iam pre oculis volat, volo vobis assignare et vestre fidei commendare, qui post me debeat rem publicam gubernare. Sunt michi a Deo dati quinque nati, inter quos dividere regnum Boemie non videtur mihi esse utile, quia "omne regnum divisum desolabitur". Qua de re rogo vos per Dominum, quatinus inter meos natos sive nepotes semper major natu summum ius et solium obtineat in principatu omnesque fratres sui sive qui sunt orti herili de tribu, sint sub ejus dominatu."

Dixerat et inter astancium manus corporeos artus linquens petit ethera flatus eius IIII. id. Ianuarii.

dux, cis, m. – kníže  
subjugo,are, avi, atum - podobit  
Pannonia, ae, f. – Uhry  
Hrudim – Chrudim  
egritudo, inis, f. – nemoc, choroba  
ingravesco, scere – zhoršovat se  
quibus astantibus – kteří stáli kolem  
assigno, as, are – přikázat  
natus – filius  
obtestor – zapřísahán  
quatinus – aby  
summum ius – nejvyšší moc  
principatus,us, m. – knížectví  
herilis, e – panovnický  
artus, us, m. – úd  
omne regnum divisum desolabitur -  
- všechna rozdělená království jsou zpusťována

cum adjuvante Deo – s Boží pomocí  
propono, is, ere – vyhlášovat, předsevzít  
precedens suum – vytáhl napřed  
urbs, urbis, f. – hrad  
egritudine pulsari – být stížen chorobou  
terre - terrae  
for, fari, fatus sum – promluvit, pravit  
rem publicam gubernare – vládnout zemi  
qua de re - proto  
sacramentum, i,n.- přísaha  
major natu - nejstarší  
solium,ii, n. - trůn  
ortus, us, m. - původ  
tribus, us, f. - rod  
flatus, us, m. – dech, duch  
IIII. id. Ianuarii – 10. ledna